MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS VI: 1.11. 1.12.)

Melk, um 1470

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

hac de causa ut ipse narravit eve-
nerat. Dum esset inquit puer parvulus
et cum reliquis pecora in campo custodiam
gereret. super fontem quondam obdormi-
vit. aliis quoque ad meridiem recedentibus
hic solus remansit. tandem
que excitatus a somno cum consurgere nititur
doloribus coartatur. nam membris omnibus
contractus. ac retortis introrsum brach-
iis contractis in poplite nervis calcane-
is ad crura deductis. cum nulla esset
virtus eundi. immense ab eo lacrime
cum magnis vocibus effluebant. cuius
hinc socius ad visendum pecora. hic
eiulans invenit. dehinc parentum
ulnis allatus. domui restituitur. Post
dies vero paucos cum pauper a doloribus
laboraret mendicitatis quibusdam de-
putatus est. Cum quibus per decem aut eo
amplius annos. regiones urbesque
circuiens. ad hanc festivitatem ad-
veniens. membris omnibus solidatus est.
Duo eciam die eciam illuminati. duo e-
nergumini ad sepulchrum antistitis
emundati sunt.

Adolescens

Adolescens quidam externis nocturnis febri-
bus vexabatur. in tantum ut ab hora
diei octava usque in crastinum secun-
dam diei horam nullam estuandi quietem posset
accipere. Erat enim ex horribilis ei omnibus
cibus. nec quicquam unde confortaretur
accipiebat. dolor eciam sevus omnia
membra quatiebat. sed et pallor genas
obsederat. Dumque sic inter manus fer-
retur parentum. ut eger egre obtinere
potuit. ut ad sepulchrum beati antistitis
deferretur. tandem allatus ut de sacro
sancto tumuli pulvere confectum
potum sumpsit. mox ab hac benedictione
fugato. universo dolore febris extinc-
ta est. Nec mora secuta digestionum
loca puer expetit. Deducitur in angu-
lo ventris purgandi gratia. Verum ubi
necessitatem alvi flatu impellente pro-
fudit. statim duo vermes ab eo in mo-
dum serpentium processerunt. qui ita mo-
veri oculis hominum videbantur. ut
vivere putarentur. His igitur ab eis di-
gestis illico ad plene sanatur. et cibum
ut solitus erat hausit et potum. rubor
que genis fugato pallore redditur. mem-
brisque omnibus solidatur.

Oportunitatis causa nuper ex-
titerat. ut ad visitandam gen-
tricem meam in territorium cavellonen-
sis urbis adirem. sed metuens
super venturas infirmitates de hoc
pulvere id est sepulcri beati antistitis
auferre et mecum deferre presumpsi.
scilicet ut cum quempiam nostrorum morbus
aliquis invasisset. virtutis sancti
ope consuetudinaria subveniret.
Igitur ubi ad matrem accessi. protinus
unum puerum febris cum disenteria
arripuit adterit et consumit. ita
ut negato usu vescendi de solis
febribus aleretur. die tercia cum hec au-
dissem. delatum pulverem ad bibendum
porrigo moribundo. statimque fugata
febre sedato dolore convaluit.

His diebus averino antistite
audivi. quod quodam tempore dum
typi quartani estu ureretur. expetita beati
martini basilica que in loco illo e-
rat celebrata vigilia fuisse sana-
tum. Nos vero ex hoc itinere arver-
no venientes. repperimus avitum
episcopum a terciano typo ita graviter
concuti. ut eciam si aliquid cibi su-
meret statim reiceret. sed de hoc